



Promotionsformel Rechtswissenschaftliche Fakultät

Gelöbnisteil

Examinibus, doctorandae et doctorandi clarissimi, quae ad eorum,
qui in iure doctoris nomen atque honores consequi student,
doctrinam explorandam lege constituta sunt, cum laude superatis,
nos adiistis, ut vos eo honore, quem appetiistis,
in hoc solemni concessu ornemus.

Sed prius fides est danda, vos tales semper futuros, quales vos esse iubebit
dignitas, quam obtinebitis, et nos speramus vos fore.

Spondebitis igitur:

primum, vos huius universitatis, in qua summum in iure gradum ascenderitis,
piam perpetuo memoriam habituros eiusque res
ac rationes, quoad poteritis, adiuturos;

dein, honorem eum, quem in vos conlaturus sum, integrum in columemque
servaturos neque umquam pravis moribus
aut vitae infamia commaculaturos;

postremo, doctrinam iuris, qua vos nunc polletis, impigro labore culturos et in
vitae usum et commoda ita conversuros,
ut aequitas iuris ac iudicii, qua salus civitatis continetur,
quantum in vobis est, usquequaque conservetur.

Haec vos ex animi vestri sententia spondebitis ac pollicebimini!

Ernennungsteil

Itaque iam nihil impedit, quominus honores, quos obtainere cupitis,
vobis impertiamus.

Ergo ego,
promotor rite constitutus vos

**ex decreto ordinis mei iuris doctores creo,
creatás creatosque renuntio omniaque iuris doctorum iura
ac privilegia in vos confero, in eiusque rei fidem haec diplomata universitatis
sigillo insignita vobis in manus trado.**